



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax  
Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus  
Religiosorum**

**Karg von Bebenburg, Johann Friedrich  
Heripoli, 1680**

VI. Quomodo probetur & defendatur exemptio?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38315**

bertate ab Episcopali custodia permittarent. Verum & horum Cabalatam denudata fuit à S. Congregatione rerum Consistorialium A. G. 1648. animadvertente, facultatem se redigendi in Congregationes, seu Capitula congregandi, fuisse tributam à S. C. Tridentino quoad illa tantum Monasteria, quae non subsunt Episcopis, nec suos habent ordinarios Visitatores; sed sub immediata S. Sedis Apostolicæ protectione & cura existunt: quin sub ejusmodi praetextu Monasteria non excepta liberare se pro libitu possint ab Episcopali jurisdictione.

### CAPUT VI.

**Quomodo probetur & defen-**

*datur exemptio?*

32. Ostendit debet privilegium & quasi posse.  
suo.

33. Quatuor modi defendendi exemptionem.

32. Cum ab initio omnes & omnia  
fuerint sub authoritate localis  
Episco.

Episcopic. omnes basilicæ. 10. XVI. q. 7.  
isque proinde fundatam habeat intentionem: asserenti se exemptum incumbit onus probandi: nec sufficit, quod quis vel in Apostolicam protectionem receptus sit c. *Recepimus.* 8. &c. *Ex parte.* 18.  $\ddot{\text{x}}$ . de privil. vel quod Religiosi habeant Generalem supremum DD. in c. *Pastoralis.* 11.  $\ddot{\text{x}}$ . de off. ordi. Sed productione ac inspectione privilegiorum perpetuò ac totaliter eximentium, seu plenam libertatem tribuentium opus est c. *Accepimus.* 4.  $\ddot{\text{x}}$ . de fide in fru: c. *Porro.* 7. c. *Recepimus.* 8.  $\ddot{\text{x}}$ . de privil. c. cùm persona. 7. eod in 6. concurrente tamen quasi possessione consistente in quieto exercitio actuum jurisdictionalium ab exemptis gestorum cum scientia & patientia Episcopi: quæ quasi-posseſſio ſimiliter absque privilegio non prodest exemptis ad obtinendam manutentionem contra Jus primævum Episcoporum, niſi adeò diurna fit,

sit, ut faciat præsumi pro Titulo, & loco tituli habeatur.

33. Qui verò ab ordinariorum potestate reverà exempti sunt, duobus modis adversùs eosdem tueri se possunt I. per declinatoriam, exhibendo integraliter privilegium prudentibus quibusdam viris omni suspicione carentibus, ad hoc per ordinarios deputatis (nisi Privilegium sit omnino notorium ac manifestum) in loco congruo & secreto, intra terminum competentem pro facti qualitate arbitrio ordinariorum vel delegatorum suorum moderandum; tradendoque de articulis controversis transumptum. II. opponendo præscriptionem Canonicam, de qua iisdem Ordinariis vel eorum Delegatis faciant fidem. Aut si tandem privilegio simul & præscriptione semunitos affirmant: Privilegium quidem ipsum modo superius expresso exhibeant, hocque ad probandam plenè libertatem non sufficiente, coram præfatis personis an-

no-

& lo  
n po  
obui  
ssunt  
inte  
qui  
enti-  
tatis  
rium  
se-  
tem  
rio.  
can-  
tro.  
ndo  
iis.  
fa-  
gio  
fir-  
do  
que  
on  
an-  
o-  
norum 40. præscriptionem, ac posses-  
sionem non violentam, non clandesti-  
nam, non precariò concessam ostend-  
ant. cit. c. *cum persone.* III. per excep-  
tionem nullitatis sententia, si Ordini-  
narii partes interpretandi Privilegium  
Apostolicum à Regularibus productum  
assumant. c. *cum venissent.* 12. *de ius-  
dic.* IV. per viam gravaminis contra  
vim injustam ordinariorum, provocan-  
do ad S. Pontificem, præsentando litte-  
ras inhibitorias, & similia peragendo,  
&c.

---

### CAPUT VII.

An hodie Regularibus exem-  
ptio competat de Jure eom-  
muni?

34. *negativè.*

34. **D**ixi Regulares olim de Jure  
communis fuisse subjectos Epi-  
scopis: postquam verò plerique per A-  
postolica Privilegia corpori Juris inser-  
ta